Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

norum Imperator Augustus --- dilectus noster Aribo Moguntino sedis Venerabilis Archiepiscopus et Brunno Augustensis Ecclesiæ Episcopus celsitudinem nostram adierunt humiliter obsecrantes, ut Curtis sitas in loco Sebonna, in Pago Orital (Geschius Norital legendum existimat) in Comitatu Engelberti cum telonio etiam omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, ad Monasterium Sebonna dicto in honorem S. Mariæ constructum per nostrum imperiale præceptum traderemus. quorum petitioni et. Data VIII. Kal. May Indictione XI. anno Dominicæ Incarnationis MXXVIII. anno autem Domini Chunradi II. Regni IV. Imperii vero II. Actum Aquisgrani in Domino feliciter. Amen. Cæterum de Engelberto Comite vide supra Add. 80. De Hartwico Episcopo Burglehner Ag. Tir. l. 16. c. 3: B. Hertnuicus ain geborner Graf von Gœrz, hatgar ain heiliges vand christenliches Leben geführt im Jar Christi 1038. Sein Vater war Graf Otwein, sein Mueter Frau Wikhburg ~~ob~~ --- Er ist gestorben zu Brixen, vnd ligt begraben in dem Thuemb. Sein Epitaphium ist dises.

„Divæ memoriæ B. Hertnuicus, huius Ecclesiæ Brixinensis Episcopus, post S. Cassianum Martyrem istius sedis primum Pontificem XXXI. Pastor et Rector extitit, plenus omnisapientia virtutibusque perfectus. Ideoque nulli nostris temporibus bonitate secundus, genere nobilis, sed nobilior meritis: Cleri totiusque plebis incomparabilis amator, populorum ac viduarum, egenorumque omnium largissimus consolator. Hanc civitatem a beatæ recordationis Herbardo præsule, quinquennio tantum huic præsidente, primo muris partim munitam, totam ut modo cernitur, circumsepsit, et Ecclesiam S. Michaelis ædificavit et dedicavit Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII.“ Electus fuerat anno 1020. obiit anno 1046.

105) Etsi documenta desint, quibus probetur, Comitatus Veronensem et Banzanum ab Episcopo Tridentino aliquatenus in feudum fuisse concessos: attamen factum idem saltem circa seculi hujus XI medium. ~~Pago Comes~~, Vide infra ~~adam~~ Add. 108. in cujus comitatu vicus Layen, cum curtis apud Meichelbeckii Hist. Fris. t. I, p. 1 in Ellentardo, in diplomate Henrici III, anno MLIV. Est autem vicus ~~ipse quinque~~ circiter leucas distans a Banzano; ut adeo ad Comitatum Banzanensem spectare facile potuerit. Kundius in bayerischen Stammbuch. /Leian idem.

106). Vide supra Add. 102. ~~Hermannus Cont. ad hc.~~ Brunner ~~An 1017~~ Annal. Boi. l. 10. Adelreiter p. I, l. 16.

107) Wipo f. 474 apud Struvium. Guillimannus de reb. Helv. l. 2.